



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 13. Vtrum Officialis vices suas alteri committens imping at in
hanc pacem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Materiam Conservatorum laicorum tribunali.
 Item, Quodcumque est alterius non est tuum, codex quem emisit est Imperatoris Iuliani ergo non est tuus.

Item nulla femina potest legem condere testamentum est lex, ergo femina non potest testamentum condere.

Item. Ista canis est mater, & est tua ergo est mater tua.

Item. Quicquid emisit comediti carnes crudas emisit ergo carnes crudas comediti.

Item. Qui facit contra leges pacem vigintiduum viralem violat, debitor qui mihi non solvit facit contra leges ergo debitor qui mihi non solvit pacem vigintiduum virale violat. Equivocatio enim est in verbo legis quæ quandoque pro lege scripta quandoque pro iudice sumitur.

Item. In accidente legis cuius accidens seu qualitas vitiosa elencho convertitur ad substantiam seu personam iudicis. Concludo itaque iudicem rite recteque procedentem violentiæ redargui non posse. *cap. consultationibus ubi Inol. n. 1. Det. n. 9. de offic. deleg. par. cons. l. n. x 65 lib. x. Farin. dec. 139. n. 3. par. 2.*

QVÆSTIO DECIMATERTIA.

Utrum officialis vices suas alteri committens impingat in hanc pacem,

SUMMARIUM.

1. Criminales & matrimoniales causa an inferioribus possint committi.
2. Officialis Leodiensis potest committere causas criminales & matrimoniales.
3. Prescribi potest cognitio causarum arduarum.
4. Officialis Leodiensis gerit in contentiosis vicem Episcopi qui arduas causas potest inferiori committere.
5. Canonicus iuris imperitus non est idoneus causarum iudex.

Iure scripto ut plerisque placuit criminales matrimonialesque causæ subdelegati inferioribus Episcopo non possunt. *Covarruvias var. Ref. tom. 1. de matrimonio par. 2. cap. 8. §. 12. num. 3. fol. 234.* Idque nisi privilegium consuetudo præscriptio aut tempus memoriam omnem hominum excedens id hoc permittat id quod ulivebit in officiali Leodiensi qui potestatem habet committendi advocatis suæ curiæ non modo causas civiles. *l. more l. potest l. prætor ff. de iurisd. om. iud. & tot. tit. C. qui pro sua iurisd. sed & alias magis arduas quales sunt criminales & matrimoniales uti liquet ex antiquis curiæ Leodiensis registris in quibus sententiæ commissariorum huiusmodi causarum scribuntur. Proinde nihil hic est*

